fœmina peremptum et blasphemum superbumque
Antiochum insanabili et inuisibili plagâ percussum,
quid Julianum Apostatam nominem? quem
Deam conuitijs incessere non erubuisse legimus?
quid Juliani thesaurarium qui sacra vasa
conspicatus, en qualibus vasis Mariæ filio ministratur
protulit; quare sanguine emisso miserrimè periit;
prætereo Olympium Episcopum Arianum,
regnante Theoderico, Chartagine Sanctissimæ
Triadi dira imprecatum ignitisque ibidem tribus
fulminibus ambustum, at certè non perinde etiam
æquum est ut silentio prætereundum putem
quod in conuiuio Bononiæ accidit, nam cum
mirâ arte gallus assatus et dissectus fuisset vnus
conuiuarum dixit. prius Prometheus de Caucasi
rupe soluetur quàm gallus Diuo Petro opitulante
integer restituatur, alius verò nec ipse Christus
præstare posset: ad has voces statim gallus ipse
prosiliit et alis collisis insulsum in discumbentium
ora effudit et blasphemi lepra statim hæreditaria

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20224v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20224v)